Accidit interdum aeri qui est hic apud nos 56
circa terre superficiem ut corrumpatur et putrefiat
quemadmodum accidit et aque que stat in paludibus et stag-
nis quare cum attrahitur per anhelitum corrumpit humiditates
que sunt in corde et capsula eius et febrem inducit que
epidimia grece et pestis latine dicitur et mutatur in con-
tinuas acutas que apud diem xiiii terminantur vel plus
Fiet autem aeris corruptio aut fit ex causa manifesta ut cada-
veribus mortuorum non defunctorum et infusione lini
ut canabis in aquis vicinis hominum habitacioni et propterea cum a
locis huiusmodi provenit flatus ventorum austrinorum aut fit ex
causa occulta ut ex influentiis celorum et astrorum Et quare propter
aiit ypocras 2o pronosticorum Est autem sicut quoddam celeste quod
latet non oportet Signa febris epidimialis sunt
quod est quieta caliditatis cum tangitur extrinsecus et est diffi-
cilis et perturbans interius et propterea circa toracem et
pectus ubi est sedes putredinis immensa qua propter
est cum ea lingua nigra adusta et pulsus spissus
parvus debilis in quo sistoles maior est quam diasto-
les et fortificatur apud noctem Sitis et anhelitus et
est fetor horribilis Sitis et egestio et urina et ad-
heret ei ictericia et vomitus et sitis et urina ipsorum
est laudabilis dicta parum distans ab urina sano-
rum Urina est interdum rubea grossa cum lun-
ditate et propterea cum febris est malignantis vehementie
et est cum eo prostracio appetitus ita ut si veheme-
ter ab astantibus non resistatur moritur sine cibo
et multiplicantur in eo vigilie et inquietudo ia-
cendi super lecto suo et dolor capitis frontis et tus-
sis sicca et tensio vel spasmus membrorum nervosorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1205/0115

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG